curramus. Agitur hic paupertas nra. Agitur hic adhuc laboret gemitus. gratias misericordiae ipsius. Unde illi labor? unde gemitus uerbo per quod facta sunt omnia? Si dignatus est habere uocem nram non nobis dabit uitam suam? In magnam spem erexit: cum magnae spe gemitus. Gemitus habet tristitiam. sed est gemitus qui habet et gaudiu. Ego puto. saram sterilem: leta gemuisse cum pareret. Et nos a timore tuo concepimus et parturiuimus spm salutis. Audiamus xpm pauperem in nobis: et nobiscum et propter nos. Titulus enim ipse indicat pauperem. Postremo putate me suspicatum. quisnam sit iste pauper. Oratione audiamus. et personam agnoscamus. Necubi erres quando audieris aliquid quod coaptari capiti illius non possit. Ideo prolocutus sum. ut quod tale audieris ex infirmitate corporis aduertas sonare. et uocem membrorum agnoscas in capite. Oratio inopis hoc habet titulus cum angeretur. et in conspectu dni effudit prece suam. Ipse ille pauper est qui alibi dicit. A finibus terrae ad te clamaui cum angeretur cor meum. Iste ipse pauper est. quia idem ipse xps est: qui se apud prophetam et sponsum dix. et sponsam. Sicut sponso alligauit mihi mitram. Et sicut sponsa induit me ornamento. Se dixit sponsum. se dixit sponsam. Unde hoc? nisi quia sponsum propter caput. sponsam propter corpus. Vox una ergo. quia caro una. Audiamus et potius in his uocibus nos quoque agnoscamus. Et si extra nos esse uiderimus. ibi esse laboremus.

EXAUDI DNE ORATIONE meam et clamor meus ad te perueniat. Hoc est exaudi orationem meam. quod est clamor meus ad te perueniat, ingeminatione affectus petentis est. Ne auertas faciem tuam a me. Quando dr a filio? quando pater a xpo. Sed propter membrorum pau

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 166, p. p.%206 – Fifth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0166/p.%206)